



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 36. Expositio doctrinæ Catholicæ a Benigno Bossuetio edita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

buuntur, de quo tamen argumento Sæc. XVII,  
jam antea P. Morinus Orat. Congregat. A. C. 1671.

Presbyter magis eruditè differuit. IV.

Joannes Matthiæ, qui Christinam Sue-  
ciæ Reginam propinatis sectæ errori-  
bus infecit, ac ipsus de sua religione  
dubius postea Calvinum & Lutherum  
concordare incassum nitebatur: Hic  
prælo subjicit syntagma breve Theo-  
logicum, Institutionem Catecheticam  
Religionis Christianæ: Examen Ca-  
techeticum in Diæcesi Stregnensi, Re-  
gulam credendi & vivendi, formam  
cultus Divini, & absolvendi, necnon  
se ad Cænam præparandi, Zelotypiam  
Pastoralem, Ideam boni Ordinis in Ec-  
clesia Christi, & alia nonnulla. V. Bal-  
thasar Scheidius edidit commentarium  
in Jonam, oleum unctionis sacrum,  
disputationem de universalitate voca-  
tionis ad Regnum Christi, de Elia  
Thesbyte præter alia. VI. Samuel  
Przpcovius, edidit dissertationem de  
pace & concordia Ecclesiæ, disserta-  
tionem de summo bono, apologiam  
contra Heinsium, vitam Fausti Socini  
& alia Socinianorum erroribus con-  
taminata.

§. XXXVI.

*Expositio doctrinæ Catholice a Be-  
nigno Bossuetio edita.*

Anno

Sæc. XVII. Anno hujus saeculi septuagesimo primo Jacobus Benignus Bossuetus primum Cadomensis, dein Meldensis Episcopus celebratissimam suam expositionem *Doctrinæ Catholicæ* de iis argumentis, de quibus controversiae sunt, primo Parisinis literis excudi fecit. Scripsit Bossuetius anno Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo librum præcipue in usum Abbatis Dugou, & Turrenii Marescalli, qui anno Calvini venenum evomuerent: postmodum tamen hic libellus nondum typus editus per privatas variorum manus volitabat, ipsem vero Auctori studiora pauca admodum hujus expositionis exemplaria describi curabat, ut eaquebusdam Theologis distribuere, huncque partum eorum censuræ subjiceret posset: Hi autem matura ac severa discussione facta, non rem ipsam, seduntaxat quosdam loquendi modos et formulas mutari posse censebant: Bos-  
suetius igitur juxta eorum mentem pro eo, quod cuilibet Auctori in suos libri competit, jure ac auctoritate haec suam expositionem recognovit, correctamque hoc anno edidit, apollis Rhemensis Archiepiscopi, & noven Franciæ Episcoporum approbatum: nec his contentus erat Bossuetius, sed ne Calvinistæ Catholicam fidem minus

sincere expositam fuisse quererentur, Sæc. XVII.  
fætum suum Sorbonæ etiam Doctori- A.C. 1671.  
bus examinandum, approbandumque  
tradidit,

### §. XXXVII.

#### *Hujus libri fata.*

Dolori maximo fuit Hugonottis cete-  
risque Acatholicis, quod hujus Niceron  
erud. t. 3.  
libri lectione non modo Turrenius, sed pag. 203.  
plures adhuc alii Viri, fœminæque No- Rich. Sim.  
biles ad ejurandam sectam, veræque ep. 34. ad  
fidei cognitionem permotæ fuisse: Dott. Sorb.  
Leydeck. l. I.  
quocirca omnes Calvinianæ versutiæ de Jansen.  
fontes, & calumniandi artes exhauste- dogm. p. 300.  
rant, ut tam hujus libri doctrinam,  
quam illius Auctorem in summam con-  
temptionem pertraherent: Suppedita-  
bat ipsis apparens cavillandi argumen-  
tum ipsa correctio a Bossuetio facta;  
spargebant igitur primam editionem  
ob errores ibidem contentos fuisse sup-  
pressam, Auctoremque varia in altera  
editione mutare coactum variationibus  
tot, tantisque fuisse obnoxium, ut vel  
ipse veram Ecclesiæ suæ mentem igno-  
rasse, vel saltem in quamplurimis de  
veritate suorum dogmatum dubitasse  
videatur: Verum huic calumniæ om-  
nem fidem detraxit ipsemet Bossuetius,  
testatus, quod ante Parisinam editio-  
nem